



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Expensae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

EXHÆREDATIO. EXPENSÆ.

in alijs eausis similibus & grauioribus, idem intelligitur secundum Alexandr. concil. 343. quamvis non sint positi, nisi 14. vel. 15. causæ exhaæredationis.

³⁵ Si filius penitentiam agat de iniurijs factis patri, non propter hoc pater perdit autoritatem exhaæredandi filium secundum felon. in d.c. Rodolphus.

⁴ Si filius sit furiosus, & nepos sanus, pater potest filium exhaæredare, dummodo nepotem instituat ff. de cu. furio. l. penult.

⁵ P O T E S T filius patrem exhaæredare in certis casibus, ut dicit auth. ve cū de appell. cog. Primo, si pater filium

accusavit de crimine, excepto crimi- ne læse maiestatis, si vita filii fuerit incidiatus, si vxori, vel concubinae illius immiscuerit, si testari in quo poterat, prohibuit, si cum esset furiosus, curarum eius non habuit, si de capiitate Saracenorum non redemit, & si intestatus moriatur, non succedit pater, sed ecclesia: & bona illius pro captiuorum redemptione dabatur. Omnes tamen istæ causæ tolluntur per religionis ingressum.

⁶ In illis casibus, in quibus quis potest exhaæredari, possunt & eidem alimenta negari supra alimentum. §. 8. limitata non nisi agat penitentiam, pro quo facit glo. & tex. in l. final. C. de episcop. & cleric. & in can. non licet. 16. quæ. 3. dicitur quod per reli- gionis ingressum omnis ingratitudine purgatur. Si filia fornicetur, & peniteat, pater non tantum tenetur ale- re, vt dictum est, sed etiam dotare, secundum Panorm. capit. ex literatum, de eo qui dux. in matrimonio, quam poluit, quia causa dotis non minus est fa- vorabilis, quam alimentorum, vt no- nat. Cyn. in l. non omni. C. de admi- nistr. cuto. & Barto. in authent. com- plexa. C. de incest. & inutil. nup.

⁷ Non licet filios exhaæredare pro ec- clesia facienda. in canon. quicunque. 17. quæstio. 4.

⁸ In tribus casibus frater à fratre po- test exhaæredari, videlicet si vita alte-

rius fratris fuerit insidiatus. Si de cri- mine inscriperit contra eum. Si eum in bonis notabiliter laetit, & etiam lo- cum habet si frater ab intestato moriatur, authen. de nupt. §. ingratitudine quia frater non succederet, intelligi si frater ignorauit fratria ingratitudinem, secus videtur si sciuit. in l. final. C. de reuocand. donat. Nec requiri- tur, quod frater allegat causam ex- haæredationis, similiter vir uxorem, & econtra, possunt exhaæredare alterum coniugem, vt in dict. §. causas. Mater vero meretrix, filiam mere- tem exhaæredare non poterit, secun- dum Bartol. in l. §. Iulia ff. de sta- mento.

EXPENSÆ.

¹ EXPENSÆ debent fieri secundum proportionem rerum, persona- rum, & temporum, & tunc sunt vir- tuosæ aliter ad vitium declinant au- ritæ, secundum Thomam secunda secundæ. question. 13. articulo pri- mo. Qui aliquem iniustè verbaverit, tenetur ad omnes expensas, quas pro- curatione facit, & etiam de damno, quod ex hoc patitur. Vide glossam in canone si quis membrorum 23. questione finali. & de tuteurando. c. i. & ff. de his, qui deie. vel efful. vlt.

² IN æstimandis facultibus, expen- sarum ratio est habenda, vt not. glo. in capitulo quoniam, de vita & hone- state clericorum. ita vt illi fructus æ- stimandi sunt, qui deductis expensis remanent, vt in l. . C. de fru. & li. ex. ³ EXPENSAS factas in realiena, po- fessor malæ fidei de rigore iuris ha- bere non potest, nisi tantum necessariias, vt quas facit gratia colligen- dorum fructuum, congregandorum, conseruandorum, & huiusmodi. ff. de petitione hereditatis. l. si à parte. §. fructus. Alias expensas si quas fe- cit, perdit l. ex argento ff. de condi- tione futuра. Utiles vero volunta- rias poterit asportare, si sine latrone status prioris id potest fieri. l. domum C. de rei vindicatione. Expensas au- tem quas fecit conseruando rem. vt paſcendo equum, curando animal morbo-



morbosum, in conscientia poterit habere, secundum Mona. titul. de viur. item qui fecit aliquod melioran entum, propter quod res vtilior est domino, quam prius, ad arbitrium boni viri in conscientia poterit petere expensas, & dominus verus tenetur faciasce, quia hoc ad iustitiam pertinet. Si sunt possessor bonae fidei, poterit omnes expensas, quas facit tollere, si sine latrone rei potest huius. I. uianus. le. 3. ff. de rei vendicatione. Si non possunt tolli, dominus fundi solueret fundo. ff. de rei vendicati. Idem erit quando fecit vulnera gerere negotium proximi. ff. de nego. gest. per totum.

⁴ EXPENSÆ non veniunt nomine damnorum, vel intercessione: & ideo, qui remittit unum, non remittit aliud, c. in vestra. de iuri. & dam.

⁵ EXPENSÆ dicuntur necessariæ, quando si non fuissent factæ, vel res ex toto persisteret, circa quam factæ sunt, vel in deteriori deuenisset. Voluntaria vero sunt, qua rem tantum ordinant, sed fructum non augent. l. impenas. ff. de verborum significati.

& haec possunt tolli, si sunt separata, vt pictura in tela, secus si in muro sit facta, quia rei status laetatur.

EXPOSITIO.

In expositione legis sive canonici, sive eiusdem, sive consuetudinis, seruanda est mens, sive intentio legislatoris. c. intelligentia. de verbo. significat. quia verba deserunt intentionem, & non econtra. c. is autem. 22. q. 2. quæ si non est nota ex verdis, debet sumi ex causa, persona, loco, & tempore. vi. in c. sciendum. 26. distin.

Nec quis præcepit esse debet, quando verba clara non sunt ad iudicandum. ² Q. V. A. N. D. o lex est dubia, vel contraria opiniones, & dubium est omnino nouum, standū est consuetudini loci, si de ea constat, est enim in hoc casu optima legum interpres, vt in cap. dilectus. de consuetu. Si vero non constat de consuetudine, & verba sunt clara, non debemus recedere à signifi-

catione verborum, nisi absurditatem continerent, vt in c. fi. de verbo. significat. Si vero non sunt clara, & eorum intellectus est multiplex, benignior sensus est sequendus. cap. final. de translationib. Quod si non appareat via benignior, se similibus ad similia procedendum est, vt in capitul. translato. de consuetu. Sed si non est dare simile, & iudex nescit quid faciat, ad principem recurrentur, quia eius est interpretatio cuius est legem condere, vt in causa. inter alia. de sentent. excommu. Si autem dubium est in opinione doctorum, iudex non debet recedere à communione opinionis si datur, nisi posset talis opinio communis conuinciri eundem, vel probabilibus rationib. Quod si non est dari communis opinio, tunc iudicet secundum quod vult, dum ostendit non agat contra conscientiam, propter c. cum aeterni. de re iudicat. lib. 6. Vide tamen Panor. in c. i. circa finem. de constitution. per hoc enim habes quando iudex secundum sensum suum iudicare possit. Et quid agendum, vbi opinionum varietas est.

EXPOSITI.

¹ EXPOSITI dicuntur infantes, servi, liberti, & languidi, si sine cura dimittantur, vel alimenta eis à parentibus, patronis, vel dominis negentur. in cap. vnic. de infan. expositus. vi. solent aliqui, relegato pietatis affectu, pueros ante ecclesia ianuas relinquent, cum tanto periculo.

² EXPOSITI filii à patre, vel ab alio, parte scienti, & ratus habente, eo ipso à patria potestate liberantur. Idem dic de seruis, & libertis erga dominos, quoniam à po. estate dominica liberantur, & de languidis. Si vero eo ignorante, vel iniuste hoc fiat, poterit expotiti repetere solutis expensis, & cetera. in diet. capitul. vnic. & c. fi. 37. d.

³ EXONENTES taliter filios, vel alios prædictos, etiam ex necessitate, vt quia aere non possunt, non excusantur à mortali, quia quantum in ipsis est occidunt, nisi tali modo exparente